

ANALEKTEN.

1.

Ein offener Brief Raimund Peraudis.

Mitgeteilt

von

Otto Clemen in Zwickau.

Kardinal Raimund Peraudi, päpstlicher Legat für Deutschland, Dänemark, Schweden und Preusen, zog in den ersten Monaten des Jahres 1502 in Süddeutschland umher, in der Konstanzer, Augsburger, Straßburger, Speyerer, Mainzer, Trierer und Kölner Diöcese, den Jubiläumsablaß verkündigend und für den Türkenzug werbend¹. Er hatte jedoch nur geringen Erfolg; vielfach stieß er auf Misstrauen, passiven oder aktiven Widerstand². Das folgende aus einem Foliodruck der Zwickauer Ratschulbibliothek mitgeteilte Schreiben zeigt, mit welchem Ingrimm der Legat gegen seine Widersacher vorging³.

1) Joh. Schneider, Die politische und kirchliche Wirksamkeit des Legaten Raimund Peraudi (Halle 1882), S. 74.

2) S. 108 ff.

3) Druck von Peter Drach dem Mittleren in Speyer. Da F. W. E. Roth (Geschichte und Bibliographie der Buchdruckereien zu Speyer im 15. und 16. Jahrhundert, Mitteilungen des historischen Vereins der Pfalz XVIII, S. 1—80; XIX, S. 1—112; Nachträge XX, S. 332—341) trotz seiner gründlichen Nachforschungen diesen Plakatdruck nicht kennt, ist das Zwickauer Exemplar bis auf weiteres als Unikum anzusehen. — Zu dem Datum: 14. März 1501 ist zu bemerken, dass der Legat das Jahr von Ostern an (fiel 1502 auf den 27. März) datiert (Schneider S. 117 Anm. 2). — In der bei Remling, Urkundenbuch

Raymundus, Miseratione diuina Tituli sancte Marie noue Sancte Romane ecclesie presbyter, Cardinalis Gurcensis, ad vniuersam Germaniam, Daciam, Sueciam, Norwegiam, Frisiā, Prussiam Omnesque et singulas illarum prouincias, ciuitates, terras et loca etiam sacro Romano imperio in ipsa Germania subiecta et eis adiacentia apostolice sedis de Latere Legatus, Vniuersis et singulis diuinorum Rectoribus et verbi dei predicatoribus vñilibet constitutis Salutem in domino. Sicut ad excitandos ad bona opera peragenda christifideles nihil est efficacius quam lingua disserta boni viri, Ita ad eadem opera subuertenda nihil reperitur exitiosius quam venenatus sermo hominis scelerati, et humani generis inimicus non alias hoc ancipiti gladio astutius est vsus, quam vtatur hoc tempore inter fortissimos Germanos, quos videt disponente altissimo, ducente Sacratissimo Romanorum rege Maximiliano, adiuuantibus illustrissimis sacri Romani imperij electoribus aliisque principibus et inclitis ciuitatibus imperialibus magno animo ferri ad pellendos ex europa spurcissimos Thurcos et de eorum manibus infinitas christianorum animas liberandas, Siquidem audimus, vñicunque per nos propoununtur sanctissime Jubilei indulgentie, inueniri susurratores ac murmuratores, qui os ponentes in celum et sanctissimis indulgentijs detrahere et Christifideles a ferenda ope Caesari et imperio ac nationis Germanice tuitioni contra eosdem immanissimos Thurcos nituntur auertere. Cui rei cum paterno affectu primum studuerimus prouidere mittendo per prouincias et ciuitates viros singularis doctrine et probate vite, qui populo viam domini predicantes hos quoque susurratores cohiberent, nec tamen potuerimus eos a via sua mala reuocare, in huiusmodi bestias, dyaboli alumnas, gladium domini, si opus fuerit, decreuimus exercere, imitaturi bonum patrem familias, qui iussit zizania ligari in fasciculos et in ignem mitti. Melius est enim aliquos paucos debita pena puniri quam per eorum proterviam tam sanctum opus liberandi Christianos de manibus Thurcorum interrumpi. Volentes

von Speyer II, Nr. 239 abgedruckten Urkunde (Speyer, 5. Dezember 1503 — vgl. Schneider S. 119) berechnet der Legat die Kosten, die er in der Speyerer Diöcese gehabt habe tam pro publicatione ipsius jubilaei quam etiam diversis impressionibus factis. (Auf diese Stelle hat auch schon Gothein, Politische und religiöse Volksbewegungen vor der Reformation [Breslau 1878], S. 119 aufmerksam gemacht.) Dabei ist wohl in erster Linie an unseren Einblattdruck zu denken, demnächst an den sermo de ortu, conversatione, virtutibus praeclarissimis et martyrio virginis Katherine des Johannes Capet, den Peraudi fecit imprimere ... 1503, ut distribuat gratis suis amicis et ecclesiis (Roth, Mitteilungen XIX, S. 2, Nr. 22; der unter Nr. 22 verzeichnete Quarteinblattdruck kommt hier wohl nicht in Betracht, da er das Datum des 12. Dezember 1503 trägt).

igitur his malis quantum possumus obuiare, vobis et cuilibet
vestrum in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis
pena praecipimus atque mandamus, quatenus Susurratores, mur-
muratores, oblocutores et detractores praedictos ac pro tam pio-
et pernecessario opere contribuere volentes, ne manus adiutrices
porrigant, retrahentes indulgentiasque ipsas in toto vel in parte,
tacite vel expresse, directe vel indirecte, quo quis quesito colore
impeditentes, nostra, immo uerius apostolica auctoritate moneatis
et requiratis. quos et nos tenore praesentium monemus et re-
quirimus eisque in virtute sancte obedientie et sub anathematis
et excommunicationis late sententie penis districte precipiendo
mandamus, quatenus imposterum ab oblocutionibus, murmurationi-
bus, detractionibus, retractionibus et impedimentis praedictis pe-
nitus et omnino desistant. Nec indulgentias ipsas in aliquo im-
pedire aut eis obloqui praesumant, Alioquin dictas et alias penas
et censuras in litteris apostolicis contentas, etiam ante monitio-
nem huiusmodi talia perpetrauerint, eo ipso incurvant. Quos
omnes et singulos, etiam nominatim, dum opus fuerit, et de quo-
rum contemptu inhibitionis nostre huiusmodi constiterit, vt tales
pulsatis campanis et candelis accensis publice nuncietis et eu-
itetis ac a Christifidelibus artius euitari faciatis et nihilominus in
omnibus locis, ad que ipsos declinare contigerit, quae ecclesiastico-
interdicto supponimus, cassetis penitus a diuinis, donec et quo-
usque, debita satisfactione preuia, absolutionis beneficium me-
ruerint obtinere. Absolutionem vero omnium et singulorum, qui
praefatas nostras sententias, immo verius apostolicas, aut earum
aliquam incurrerint sive incurrerit quoquo modo, nobis vel su-
periori nostro vel cui id expresse committendum duxerimus tan-
tummodo reseruamus. In quorum omnium et singulorum fidem
et testimonium presentes litteras fieri nostrique Sigilli iussimus
appensione communiri. Datum Spire Anno incarnationis dominice
Millesimoquingentesimoprimo Pridie Idus Martij pontificatus
Sanctissimi in Christo patris et domini Alexandri diuina prouin-
denta pape Sexti Anno decimo.